Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarium missae - Cod. Ettenheim-Münster 415

[S.l.], [11./12. Jahrh.]

[Text]

urn:nbn:de:bsz:31-137652

Visual Library

EM 415

[illegible] disponentur [illegible] eos & inuenit
illos dignos se. Tamquam aurum in fornace pbauit
illos. & quasi holocausti hostiam accepit illos. & in tempo
re erit respectus illorũ. Fulgebunt iusti. & tamquam
scintille in arundineto discurrent. Iudicabunt natio
nes & dominabuntur populis. Et regnabit dns illorũ
in perpetuum. SEQ. SCI. EV. SECUNDUM MATH.

INILL. Tempr. Dixit ihs discip suis. Ecce ego
mitto uos sicut oues in medio luporum. Estote ergo
prudentes sicut serpentes. & simplices sicut columbe.
Cauete autem ab hominibus. Tradent eni uos in
conciliis. & in synagogis suis flagellabunt uos. Et ad
presides & reges ducemini pp me in testimoniũ
illis & gentibus. Cum autẽ tradent uos nolite cogi
tare quomodo aut quid loquamini. Dabitur enim
uobis in illa hora quid loquamini. Non enim uos
estis qui loquimini sed sps patris uri qui loquitur
in uobis. Tradet autem frater fratrẽ in mortem
& pater filium. & insurgent filii in parentes & mor
te eos afficient. Et eritis odio omnibus. pp nomen
meum. Qui autẽ perseuerauerit usq; in finem hic
saluus erit. UNDE SUPRA. LECTIO LIBRI SAPIENTIAE.

EXpectatio iustorum letitia. spes autẽ impiorum
peribit. Fortitudo simplicis uia dñi. & pauor his
qui operantur malum. Iustus in eternũ non commouebitur. impii autẽ non habitabunt in terra. Os iusti

partum & ſapientiam lingua prauorum peribit. La
bia iuſti conſiderant placita. oſ impiorum peruerſa.
Simplicitaſ iuſtorum diriget eoſ. & ſubplantatio per
uerſorum uaſtabit illoſ. Juſtitia rectorum liberabit
eoſ. & in inſidiiſ ſuiſ capientur iniqui. Juſtuſ dean
guſtia liberatuſ .e. & tradetur impiuſ p eo. Simula
tor ore decipit amicū ſuum. iuſti autem liberabuntur
ſcientia. Jn boniſ iuſtorum exaltabitur ciuitaſ. & in
perditione impiorum erit laudatio. Jn benedictio
ne iuſtorum. exaltabitur ciuitaſ. SECD. LUCA.

IN ILL. Tempr. Dixit ihc. diſcip ſuiſ. Cum audi
eritiſ proelia & ſeditioneſ proeliorum. nolite terreri.
Oportet primū hec fieri. ſed nondū ſtatim finiſ. Tunc
dicebat illiſ. Surget genſ contra gentem. & regnum
aduerſuſ regnū. & terremotuſ magni erunt per loca
& peſtilentię & fameſ. terroreſq. de cęlo. & ſigna mag
na erunt. Sed ante hec omnia. inicient uobiſ manuſ
ſuaſ & pſequentur uoſ. tradenteſ in ſinagogaſ & cuſ
todiaſ. trahenteſ ad regeſ & preſideſ. ppter nomen
meum. Continget autem uob. in teſtimoniū. Ponite
ergo in cordibuſ ūriſ. non premeditari queadmodum
reſpondeatiſ. Ego enim dabo uobiſ oſ. & ſapientiā. cui
non poterunt reſiſtere & contradicere. omneſ aduerſa
rii ūri. Trademini autē a parentibuſ & fratribuſ. & cog
natiſ & amiciſ. & morte afficient ex uobiſ. Et eritiſ
odio omnib; ppt nomen meū. Et capillus de capite